

Ad Onasandri Strategicum

Autor(en): **Lucarini, Carolus Martinus**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Museum Helveticum : schweizerische Zeitschrift für klassische Altertumswissenschaft = Revue suisse pour l'étude de l'antiquité classique = Rivista svizzera di filologia classica**

Band (Jahr): **67 (2010)**

Heft 4

PDF erstellt am: **27.07.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-170306>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Ad Onasandri *Strategicum*

Carolus Martinus Lucarini, Londinii

Elisabethae Schuhmann
iam Bibliothecae Teubnerianae
antistiti, nunc rude donatae

Summarium: Onasandri opusculum *Strategicum* superiore saeculo philologi Illinoenses¹ et Budapestini² ediderunt, viri certe diligentes, sed arte emendandi non tantum versati ut ipsorum inventa excederent consummata ea quae Adamantius Koraes³ vel Arminius Koechly⁴ soli praestiterant. Multa adhuc medela indigent: quorum aliqua nunc sanare conabimur⁵.

Prooem. 4: εἰσόμεθά τε καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο, παρ' ἣν αἰτίαν οἱ τε πταίσαντες ἐσφάλησαν τῶν στρατηγησάντων, οἱ τε εὐπραγήσαντες ἐγέρθησαν εἰς δόξαν. Libri ἐγέρθησαν (quod nonnumquam in ἡγέρθησαν correctum est, cfr. Korzenszkyi et Várii apparatus) praebent, sed verbum ἐγείρω virorum elationem male exprimit, unde ἦρθησαν temptavit Wytttenbach, ἡέρθησαν Koechly, ἐξήρθησαν Vári: quod quidem ultimum tentamen et ego amplexus essem, nisi cogitassem litteras Γ et Π saepenumero a Graecis librariis confusa esse. Unde ego scriberem: οἱ τε εὐπραγήσαντες ἐπήρθησαν εἰς δόξαν (cf. E. *Phoen.* 404; Thuc. 4.108.3).

Strat. 1.11: ὁ γε μὴν εὐδοκιμῶν οὐ μικρὰ τοὺς ἐλομένους ὤνησεν· ὄντινα γὰρ ἄνθρωποι φιλοῦσιν αὐτομάτῃ διανοίας ἐμπώσει, τούτῳ ταχὺ μὲν ἐπιτάττοντι πείθονται, λέγοντι δ' οὐκ ἀπιστοῦσι, κινδυνεύοντι δὲ συναγωνίζονται. Haec cum eis quae praecedunt vix congruunt, cum illa ad optimam ducis aetatem, haec ad ipsius famam respiciant. Sed quo traducenda sint mihi non liquet; liquet vero ἐμπώσει hic non procedere, cum lexicographi (LSJ, Montanari) nos doceant hoc verbum hic tantum «animi inclinationem» significare. Emendatio facillima est: lege ἐνδόσει, quod cum litteris non parum differat, fere eodem vocis sono efferebatur (cfr. Plut. *mor.* 457 A–B ἢ πρὸς τὸ λυπῆσαι ἐνδοσις et LSJ s.v. ἐνδίδομι V 1).

- 1 Aeneas Tacticus, Asclepiodotus, Onasander, *with an English Translation by Members of the Illinois Greek Club* (London/Cambridge, Mass. 1923): ceterum Onasandri textum praecipue curavit W.A. Oldfather, cfr. p. 342.
- 2 Onasandri *Strategicus*, ediderunt E. Korzenszky et R. Vári (Budapestini 1935).
- 3 Onasandri *Strategicus* et Tyrtaei *Elegia prima* cum Gallica interpretatione edidit A. Koraes (Parisiis 1822).
- 4 Onasandri *De imperatoris officio liber*, recensuit et comm. crit. instruxit A. Koechly (Lipsiae 1860).
- 5 Graeca ex editione Illinoensi semper deprompsi; Budapestina recentior est, sed παραγράφων numeri mire desunt.

Ib., 1.15: καὶ ὡς περ τὰ ἀόρατα νοσήματα τῶν ὀρωμένων δυσχερεστέραν ἔχει τὴν θεραπείαν, οὕτως ψυχὰς ἐξ ἀθυμίας ἰάσασθαι λόγω παρηγορήσαντα δυσκολώτερον, ἢ σωμάτων φανεράν ἐξ ἐπιπολῆς θεραπεύσαι νόσον. Fortasse ἐξ ἀθυμίας ex ἐξ ἐπιπολῆς natum est, cum ἰᾶσθαι ἐκ inauditum sit; conieci ψυχὰς ἐξαθυμούσας ἰάσασθαι.

Ib. 1.22: καὶ γὰρ ἀπερίοπτον, τί τοῖς ἔμπροσθεν ἐπράχθη καλόν, ἐξετάζειν, οὐ τί ποιήσουσιν οἱ νῦν αἰρεθέντες· ὡς περ τῶν πάλαι γεγονότων σώζειν ἡμᾶς δυναμένων καὶ τὰ νῦν, καὶ τὰ πρόσθεν τηρησόντων ἐκείνων. Novissima verba ita resarsit Koechly, sed medela ipsa corruptelam sapit! Si ad librorum lectiones te converteris, primum animum advertes verbum θάπτον a Koechlyo deletum esse; quod vix recte factum est. Si memineris verba καὶ et ὡς saepe confundi (cf. quae adnotavi ad Herodi. *Regnum post Marcum* 4.5.1), ita scribere fortasse tibi absurdum non videbitur: δυναμένων, καὶ τὰ νῦν, ὡς τὰ πρόσθεν, τηρησόντων θάπτον ἐκείνων. Dicit enim Onasander stultum esse duces creare propter eorum nobilem stirpem, «tanquam si ipsorum avi magis [scilicet si nepotes muneribus militaribus cumulati erunt] hodierna tuituri sint, ut praeterita defenderunt».

Ib. 4.1: τότε γὰρ καὶ θεοὶ συναγωνιστὰι τοῖς στρατεύουσιν εὐμενεῖς καθίστανται, καὶ ἄνθρωποι προθυμότερον ἀντιτάττονται τοῖς δεινοῖς. De pugnae principio agit Onasander, cum viri alacriori animo proelia invadunt. Verbum δεινοῖς offendit Koechlyum, qui pro eo ἐναντίοις posuit. Graecitas magis ornata evadit, sed fortasse minus Onosandrea: cfr. enim *Strat.* 9.3: οὐθ' ἡδέως ἐξίασιν οὐτ' ἐπὶ πολὺ μένουσιν, ἀλλ' ἐκδεδιημένοι ταχὺ μὲν ὀρρωδοῦσι, πρὶν ἢ καὶ πειρᾶσαι τὰ δεινὰ, ταχὺ δὲ καὶ πειράσαντες ἀποχωροῦσιν, ubi τὰ δεινὰ, sicut in nostro loco, initium pugnae indicat.

Ib. 6.9: μέλλων δὲ κρίνειν ἅμα τῷ σύνοπτον γενέσθαι τοῖς πολεμίοις εὐθὺς τὰ πράγματα διὰ μάχης σχολῆ προίτω καὶ μὴ πολλὴν ἀνυέτω. Non video quo verbum πολλήν referamus; cogitavi igitur de πολλήν (πορείαν) ἀνυέτω coll. 6.1 (ἀνύειν πορείαν).

Ib. 10.11: αἱ γὰρ καθέδραι καὶ ἀναπτώσεις συνεκλύουσαι τὰ σώματα μαραίνουσιν εἰς ὕπνον. Haec genuina non sunt, cum εἰς ὕπνον cum συνεκλύειν procul dubio coniungendum sit (cf. e.g. Critias 6.9–10 D.-K.). Fuit vel συνεκλύουσι τὰ σώματα μαραίνουσαι εἰς ὕπνον vel, quod magis placet sed a codicibus longius discedit μαραίνουσαι τὰ σώματα συνεκλύουσιν εἰς ὕπνον.

Ib. 10.15: Τῶν δὲ αὐτομόλων εἴ τινες ἢ καιρὸν ἀφικνοῦνται μηνύσοντες ἢ ὥραν ἐπιθέσεως, ἢ ὁδὸν ἐπαγγέλλονται καθηγήσασθαι καὶ διὰ σκοπῶν ἀοράτων τοῖς πολεμίοις ἄξειν. Bona Graecitas καθηγήσεσθαι posceret (cf. ἄξειν; 34.1 ἐπαγγελλόμενος ἀποδώσειν): vide etiam C.M. Lucarini, *Per il testo di Eliodoro Philologus* 148 (2004) 360.

Ib. 10.21: Ὁ δὲ εἰδὼς οὕτως στρατηγεῖν εἴσεται, κὰν ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐν τοῖς αὐτοῖς καταστρατηγῆται, καὶ δρᾶσαι τι φρόνιμος ἔσται καὶ φυλάξασθαι προμηθῆς· ἐξ ὧν γὰρ αὐτὸς εἴσεται, τί δεῖ ποιεῖν, ἐκ τούτων ἐτέρου ποιούντος

γνώσεται, τί χρὴ μὴ παθεῖν. Quid sibi velit primum εἴσεται equidem non video⁶, cum Onasander haec dicere velit: «Qui ita sciverit exercitus ducere (εἰδὼς οὕτως στρατηγεῖν), etiamsi hostes contra ipsum eadem consilia adhibeant⁷, et callidus ad aliquid faciendum et prudens ut caveat erit». Dele εἴσεται post στρατηγεῖν, quod geminatio illius, quod αὐτός sequitur, est.

Ib. 11.3: πολλάκις δ' εἰ στρατηγὸς ἀκούσας μιᾶς ἡμέρας ὁδὸν ἀπέχειν τοὺς πολεμίους ἀναστήσας ἄγει τὸν στρατόν, ἐπειγόμενος διὰ μάχης ἐλθεῖν τοῖς πολεμίσι, τῶν δ' ὑποχωρούντων ἐπίτηδες καὶ μὴ μενόντων, ὡς κατορρωδοῦσιν ἔπεται, τῶν δὲ ταῦτὸ τοῦτο ποιοούντων, ἕως ἔλθωσιν εἰς δυσχωρίας καὶ περικεκλεισμένας ὄρεσι τόπους, ἐπίκειται μηδὲν ὑφορώμενος, εἶτα ἐμβαλὼν εἰς τοὺς τόπους ὑπὸ τῶν πολεμίῳ ἀπεκλείσθη τῆς εἰσβολῆς, ἢ τὸ στράτευμα εἰσῆλθε, καὶ καταλαβόμενοι τὰς τε εἰς τοῦμπροσθεν διόδους καὶ κύκλῳ τὰ μετέωρα πάντα κατασχόντες, ὡσπερ ἐν ζωγρείῳ τινὶ συνεπήδησαν μὲν τοὺς πολεμίους, ὁ δὲ παριῶν μὲν ὑπὸ τῆς ὀρμῆς ἐφέρετο δοκῶν ἐπικεῖσθαι φυγομαχοῦσι τοῖς πολεμίσι, οἷς προσελθὼν οὐκ ἔγνω, μετὰ δὲ ταῦτα περιβλεψάμενος τὰ τε πρόσω καὶ ὀπίσω καὶ παρὰ πλευράν, καὶ πάντα πλήρη θεασάμενος πολεμίῳ ... Multa verba transcribere coactus fui, ut de uno disputarem. De duce in insidias inducto agit Onasander. Verbum παριῶν excogitavit Koechly pro librorum παρών, cum Koraes πρότερον vel πάρος proposuerit. Palaeographia Koechlyo, elegantia Koraesio favet (cf. μετὰ δὲ ταῦτα): vide ne fuerit ὁ δὲ πρῶτον μὲν: etenim πρῶτον nonnumquam in recentiori Graecitate pro πρότερον usurpatur, cf. quae adnotavi ad Herodoti. *Regnum post Marcum* 2.1.3.

Ib. 13.3: ἀγαθὴ δὲ ἢ ἐξ ἀμφοῖν ἐπιστήμη τοῦ τε εἰπεῖν, ἢ δεῖ, καὶ ὀφθῆναι, ὅποῖον δεῖ. Verbum ἐξ est, opinor, delendum.

Ib. 17: Ψιλοὺς δέ, ἀκοντιστὰς καὶ τοξότας καὶ σφενδονήτας, πρώτους πρὸ τῆς φάλαγγος τάξει· κατόπιν μὲν γὰρ ὄντες πλείονα κακὰ διαθήσουσι τοὺς ἰδίους ἢ τοὺς πολεμίους, ἐν μέσοις δ' αὐτοῖς ἄπρακτον ἔξουσι τὴν ἰδίαν ἐμπειρίαν, οὔθ' ὑποχωρεῖν ἀνὰ πόδα δυνάμενοι κατὰ τὴν ἀνάτασιν τῶν ἀκοντίων, οὔτ' ἐξ ἐπιδρομῆς βαλεῖν προηγουμένων ἄλλων καὶ παρὰ ποσὶν ὄντων, οὐδὲ μὴν οἱ σφενδονῆται κυκλόσε τὸν δῖνον ἀποτελεῖν [...], οἱ τε τοξόται προιόντες μὲν τῶν ἄλλων εἰς αὐτὰ τὰ σώματα καὶ κατὰ σκοπὸν ἐκτοξεύουσι τὰ βέλη, μετὰ δὲ τοὺς λόχους ἢ ἐν αὐτοῖς μέσοις ὄντες εἰς ὕψος τοξεύουσιν ... Sagax dux iaculatores, sagittarios et funditores ante phalangem ponet, minime in media vel post ipsam phalangem. Verba οὔθ' ὑποχωρεῖν ... καὶ παρὰ ποσὶν ὄντων de iaculatoribus agunt, sed nomen desideratur (cfr. in sequentibus οἱ σφενδονῆται et οἱ τε τοξόται): Onasandrum id omisisse parum verisimile est, cum totus locus parum perspicuus evadat verbaque οὔθ' ὑποχωρεῖν ... καὶ παρὰ ποσὶν ὄντων ad eosdem referenda videantur de quibus κατόπιν ... ἐμπειρίαν agunt

6 Ita reddiderunt interpretes Illinoenses: «The general, having this knowledge, will know how to do his part, and even if he is out-generated in these same matters, will be both wise in action and prudent in devising protection.» Sed quomodo εἴσεται cum isto «will know how to do his part» congruat, nemo videt.

7 Ea scilicet quae Onasander nuper exposuit.

(quod prorsus absurdum est). Ego legerem: τῶν ἀκοντίων (οἱ ἀκοντισταί), οὐτ' ἐξ ἐπιδρομῆς ...

Ib. 21.5: Πολλάκις δὲ εἰώθασιν οἱ μεγάλην δυνάμει καὶ πολυάνδρῳ κεχρημένοι μηνοειδὲς σχῆμα ποιήσαντες τῆς παρατάξεως ἐπιέναι, νομίζοντες ὅτι προσάγονται τοὺς πολεμίους καὶ κατ' ἄνδρα βουλομένους συνάπτειν, εἶτα κατὰ τὸ ἡμικύκλιον εἰς ὁδὸν κυρτουμένους ἐναπολήψονται τῷ περιέχοντι κόλπῳ. Quid significet εἰς ὁδὸν mihi non liquet neque Graecum sapit; fortasse fuit εἰς ἔνδον κυρτουμένους ἐναπολήψονται, cf. Xen. *Inst. C.* 7.1.21: πολὺ γὰρ ἐν ἀσφαλεστέρῳ ἔσεσθε ἔξω γενόμενοι ἢ ἔνδον [scil. τῶν πολεμίων] ἀπολαμβανόμενοι.

Ib. 29.1–2: Ἐπαγέτω δὲ τὸ στράτευμα καὶ σὺν ἀλαλαγμῷ, ποτὲ δὲ καὶ σὺν δρόμῳ. Ita libri et editores recentiores, cum Koechly ediderit: Ἐπαναγέτω δὲ καὶ τὸ στράτευμα σὺν ἀλαλαγμῷ, ποτὲ δὲ καὶ σὺν δρόμῳ. Fortasse fuit στράτευμα ἀεὶ σὺν ἀλαλαγμῷ, ποτὲ δὲ καί, cum verba ἀεὶ et καί alibi quoque confundantur, neque hiatus a me introductus intolerabilis sit (cfr. 42.26 αἰεὶ εὐδοξίας)⁸.

Ib. 32.6–7: ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ καὶ πάσῃ μάχῃ διδάσκέτω διὰ πλειόνων, ὅτι τοῖς μὲν φεύγουσι πρόδηλος ὁ ὄλεθρος, ὡς ἂν ἤδη μετ' ἐξουσίας ἐπικειμένων τῶν πολεμίων μηδενὸς ἔτι δυναμένου διακωλύειν τοὺς διώκοντας πᾶν ὃ βούλονται διαθεῖναι τοὺς φεύγοντας, τοῖς δὲ μένουσι ἄδηλος ὁ θάνατος ἀμυνομένοις. Οἷτινες γὰρ πεπεισμένοι τυγχάνουσι ἐν ταῖς παρατάξεσιν, ὡς φεύγοντες μὲν αἰσχυρῶς ἀπολοῦνται, μένοντες δ' εὐκλεῶς τεθνήσκουσι, καὶ χεῖρον' ἀεὶ προσδοκῶσιν ἐκ τοῦ καταλιπεῖν τὴν τάξιν ἢ ἐκ τοῦ φυλάττειν, ἄριστοι κατὰ τοὺς κινδύνους ἄνδρες ἐξετάζονται. Quam frigidum sit illud ἄδηλος ὁ θάνατος ἀμυνομένοις non est qui non videat. Adde id cum eis quae sequuntur minime congruere; si legeris (οὐκ) ἄδηλος ὁ θάνατος («non ingloria mors»), omnia lepidiora erunt.

Ib. 32.10: οὕτως οἱ στρατηγοὶ τὴν μὲν δύναμιν ἐκτάξουσιν, ὅπως σφίσι νομίζουσι συνοίσειν, ἐπειδὴ δ' ὁ τοῦ πολέμου περιστῆ χειμῶν πολλὰ θραύων καὶ παραλλάττων καὶ ποικίλας ἐπάγων περιστάσεις, ἢ τῶν ἀποβαινόντων ἐν ὀφθαλμοῖς ὄψις ἐπιζητεῖ τὰς ἐκ τῶν καιρῶν ἐπινοίας. Fuit sine dubio ἐκτάσσουσιν: cfr. ἐπιζητεῖ et ὑποβάλλει in sequentibus et ἀνάγονται, βούλονται, ἀναγκάζονται in praecedentibus.

Ib. 33.2: ὄνπερ δ' ἂν τρόπον, εἰ κυβερνήτης ἀφειμένος τῶν οἰάκων, ἃ δεῖ τοὺς ναύτας ποιεῖν, αὐτὸς πράττει, κινδυνεύειν ἂν συμβαίῃ τὸ σκάφος, τοῦτον, εἰ στρατηγὸς ἀποστὰς τοῦ γνώμη τι βουλευεῖν ἐπὶ τὰς τῶν στρατιωτῶν καταβαίνοι χρείας, ἢ τῶν ὄλων ἀκυβέρνητος ἀμέλεια τὴν ἀνγκαιότεραν ἄπρακτον ποιήσει βοήθειαν. Verbum ὄλων coniecit Koechly pro librorum ἀμεινόνων, eleganter quidem, sed nimis longe remedium repetens. Quidni ἢ τῶν μειζόνων ἀκυβέρνητος ἀμέλεια? Cf. 1.2 (τὴν ὑπὲρ τῶν μεγίστων φροντίδα: vide etiam 1.4); 2.5 (αἱ μειζόνων πίστεις πραγμάτων).

8 De hiatu apud Onasandrum optima scripsit H. von Rohden, *Quas rationes in hiatu vitando scriptor de sublimitate et Onesander secuti sint*, in: *Commentationes in honorem F. Buecheleri et H. Useneri editae a Soc. Philol. Bonnensi* (Bonnae 1873) 68–94.

Ib. 35.4: Τοὺς δὲ αἰχμαλώτους, ἐὰν ὁ πόλεμος ἔτι συνεστῶς ᾖ, μὴ κτεινέτω, μάλιστα μὲν τῶν πρὸς οὓς ἐστὶν ὁ πόλεμος, κἂν δοκῇ οἱ, τοὺς συμμάχους ἀναιρεῖν, ἥκιστα δὲ καὶ τοὺς ἐνδοξοτάτους καὶ λαμπροὺς παρὰ τοῖς πολεμίοις, ἐνθυμούμενος τὰ ἄδηλα τῆς τύχης. *Corruptela aliqua sine dubio latet, quam Koechly ita tollere conatus est: μάλιστα μὲν, κἂν δοκῇ αὐτοῖς, πρὸς οὓς ἐστὶν ὁ πόλεμος, τοὺς συμμάχους ἀναιρεῖν, ἥκιστα δὲ καὶ τότε τοὺς ἐνδοξοτάτους: quae tam longe discedunt a libris ut nullus editor verba tam funditus mutata atque perversa in ipso textu ponere audeat. Ego pro ἥκιστα δὲ καὶ legerem ἥκιστα δεῖ κτεῖναι (cf. e.g. 42.18 κηρυττέτω τοὺς ἀνόπλους μὴ κτεῖναι): suadet scilicet Onasander bono atque prudenti duci, ne concives illorum, adversus quos bellum gerit, supplicio afficiat; si opportunum videatur hostium socios neci dare, minime eos occidat, qui insignes atque clari apud hostes habentur.*

Ib. 38.1: Ταῖς δὲ προσχωρούσαις πόλεσιν, εἴ τινες ἐπιτρέποιεν αὐτὰς ἀρξάμεναι, φιλανθρώπως καὶ χρηστῶς προσφερέσθω. *Verbum ἀρξάμεναι mihi valde suspectum est; quod si «in principio belli» Onasander significare voluisset («early in the war» Anglice reddunt Illinoenses), certe aliter scripsisset. Vide ne fuerit ἐπιτρέποιεν αὐτὰς δεξάμεναι (A et Δ in litteris Graecis grandioribus persaepe confundebantur); cf. e.g. Thuc. 4.103.4 (ὅπως ἐνδοθήσεται ἡ πόλις, καὶ τότε δεξάμενοι αὐτὸν τῇ πόλει), 5.31.5.*

Ib. 40.1: ἀσφαλῆς μέντοι καὶ μὴ ἦττον ἀπροόρατος τῶν πολιορκουμένων ἔστω. *Librorum lectio hic sana et segura est, virorum doctorum interpretatio non item. Ita reddunt Illinoenses: «The general must take no fewer precautions and be no less observant than the enemy»: quod vix rectum est, cum talis interpretatio cum μὴ ἦττον προμηθῆς congrueret. Iam viri mediae aetatis ἐν σκότῳ ἐψηλάφω, uti monstrat paraphrasis Ambrosiana a Budapestinis edita⁹. Ego ita reddo: «Securus igitur et non minus invisibilis hostium sit» (etenim ἀπροόρατος apud Onasandrum semper «invisibilis» significat, cf. indicem editionis Budapestinae). Cf. § 3 (καὶ γὰρ οἱ μὲν πολιορκοῦντες, ὅ τι ἂν μέλλωσι πράττειν, ὀρῶνται τοῖς ἀπὸ τοῦ τείχους, οἱ δὲ πολιορκούμενοι πρόβλημα τὸ τεῖχος ἔχοντες ἀόρατοι πολλάκις ἐκχυθέντες).*

Ib. 42.4: στρατηγῶ δ' ἰδίας ἀγγινοίας ἔργον τοιόνδε ἂν εἴη, εἰ βούλοιο προσβάλλειν μηχανάς· καθ' ἐν μὲν ἀποχρήσθω μέρος τοῖς ἔργοις αὐτοῖς – οὐδὲ γὰρ ἄλλως ἂν τις εὐπορήσειεν ἐν κύκλῳ παντὶ τῷ τείχει περιστῆσαι μηχανάς, εἰ μὴ πάνυ μικρὰ πόλις εἴη, εἰς πολλὰ δὲ τάγματα διελὼν τὸ στράτευμα κατὰ τὰ ἄλλα τοῦ τείχους μέρη κελευέτω τὰς κλίμακας προσφέρειν. *Contendit hic Onasander non totum murorum circuitum machinis obsidionalibus aggrediendum esse, sed eas tantum in unam partem inducendas esse, dum ceteris scalae admoventur. Verbum ἔργοις non potest stare: lege ὀργάνοις (cf. § 5 τὰς ἐμβολὰς τῶν ὀργάνων).*

Ib. 42.16: ἔνθα στρατηγὸς ἀγαθὸς ἐνόησεν ὃ δεῖ ποιῆσαι, καὶ τινὰς τῶν εὐτολμοτάτων παρακαλέσας ἐπαγγελίαις καὶ τιμαῖς ὀλίγους, οἷς ῥᾶον ἀναβαίνειν

9 P. 71–72: πλὴν οὖν ἀσφαλῆς ἔστω καὶ προκατανοεῖτω καὶ προοράτω τὴν βλάβην τὴν ἐκ τῶν πολιορκουμένων.

εἴτε δι' αὐτῆς τῆς δυσχωρίας, εἴτε διὰ κλιμάκων, ἐκράτησε τῆς πράξεως. *Laborat ordo verborum, cum ὀλίγους nimis longe a τινος positum videatur; vide ne fuerit ὀλίγοις.*

Ib. 42.24–25: ἔστω μὴ βαρὺς ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις, ἀλλ' εὐφορτος, μηδὲ τῦφον ἀπηγῆ περιφέρων, ἀλλ' εὐμένειαν προσφιλή ἔχων· ὁ μὲν γὰρ φθόνον ἐγέννησε, αὕτη δὲ ζῆλον ἐπεσπάσατο. (25) φθόνος μὲν οὖν ἐστὶ ὀδύνη τῶν πρὸς τοὺς πέλας ἀγαθῶν, ζῆλος δὲ μίμησις τῶν παρ' ἄλλοις καλῶν. *Cum libri vel ἀλλ'ἄφορτος¹⁰ vel ἀλ'ἄφυρτος vel ἄλλ'ἄφυρτος vel ἀλλ'ἄφυρτος exhibeant, Koechly, proposuit ἀλλ' εὐφορτος, Koraes ἀλλ' ἄφορτος uterque palaeographiam bene respiciens, ceterum verbum nimis obsoletum inducens. Tritiorem viam ingredi non erubeo proponoque ἀλλὰ φορητός. Certe haud φορητόν ἐστι τῶν πρὸς τοὺς πέλας ἀγαθῶν pro quibus τῶν παρὰ τοῖς πέλας ἀγαθῶν volebat Koraes, fortasse nimis larga impensa, quippe qui duo verba mutavit, dum unum potest. Lege mecum τῶν περὶ τοὺς πέλας ἀγαθῶν, cf. § 26 τῆς περὶ αὐτὸν εἰς αἰεὶ εὐδοξίας.*

Onosandri, rerum militarium scriptoris saeculi I p. Ch. n., opusculum *Strategicus* innumeris mendis adhuc laborat novamque editionem flagitat. Hic XXV novae coniecturae proponuntur, unus locus, hucusque obscurus, nulla mutatione adhibita explicatur.

Epistulae mittantur ad:
 Carolum M. Lucarini,
 Londinii, in Collegio Universitatis
 Gower Street WC1E6BT
 c.lucarini@ucl.ac.uk

10 Id quod praebet optimus librorum qui aetatem tulerunt, scilicet Mediceus Laurentianus LV.4.